



## **Die Schrift**

**Degering, Hermann**

**Berlin, 1929**

142 Mainz, Johannes Numeister. Johannes de Turrecremata: Meditationes.  
1479. (Nach F. Lippmann u. R. Dohme: Druckschriften des 15. bis 18.  
Jahrh., Taf. 52.)

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68942](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68942)

Et quoniam consensus efficit matrimoni-  
um; mittitur a patre luminum; patre mi-  
sericordiarum; nuncius celestis scilicet an-  
gelus Gabriel ad virginem nomine Ma-  
riam; que gemmis ornata virtutum; et do-  
nis sublimata diuinis. incompabilis erat  
uniuersis. que tam pie tamq[ue] salutaris diui-  
ni dispositioni in totius nature humane  
persone preberet consensum. **Q**uod admi-  
randa legatio; ex omni parte veneratione di-  
gnissima. que nec primam similem visa est  
nec habere sequentem. **Q**uid enim maius.  
quid sublimius. quid deniq[ue] salubrius hu-  
mano generi de celo efferi potuit: plane  
nichil. **Q**uod enim natura non habuit. vltus  
nesciuit. ignorauit ratio; mens non capit  
humana. pauet celum. stupet terra. creatu-  
ra omnis etiam curia celestis miratur. hoc  
totum per gabrielem Marie nunciatur. et  
per christum adimpletur. **A**nnunciante enim  
angelo et veniente spiritu sancto. mox ver-  
bum in utero; mox intra uterum verbum  
caro. et manente incommutabili essentia. q[ue] est  
ei cum patre et spiritu sancto coeterna. assu-  
plit intra virginea viscera; ut et impassi-  
bilis pati; et immortalis mori. et eternus